

INTROIT Ps. 91: 13-14

Justus ut palma florébit: sicut cedrus Libani multiplicábitur: plantátus in domo Dómini: in átriis domus Dei nostri. (Ps. 91: 2) Bonum est confitéri Dómino: et psállere Nómini tuo, Altíssime. V. Glória Patri et Filio et Spíritui Sancto, sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Justus ut palma florébit: sicut cedrus Libani multiplicábitur: plantátus in domo Dómini: in átriis domus Dei nostri.

COLLECT

Da nobis, quæsumus, miséricors Deus: beáto Isidóro agrícola Confessóre tuo intercedénte, supérbe non sápere; sed, ejus méritis et exéplis, plácita tibi semper humilitáte deservíre. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

(Commemoration of Sts. Chrysanthus and Daria)

Beatórum Mátyrum tuórum, Dómine, Chrysánthi et Dáriæ, quæsumus, adsit nobis orátio: ut, quos venerámur obséquio, eórum pium júgiter experiámur auxiliúm.. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE JAMES 5: 7-8, 11, 16-18

Patiéntes estóte, fratres, usque ad advéntum Dómini. Ecce, agrícola expéctat pretiósum fructum terræ, patiénter ferens, donec accípiat temporáneum et serótinum. Patiéntes ígitur estóte et vos, et confirmáte corda vestra: quóniam advéntus Dómini appropinquávit. Ecce, beatificámus eos, qui sustinuérunt. Sufferéntiam Job audístis, et finem Dómini vidístis, quóniam miséricors Dóminus est et miserátor. Confitémini ergo alterútrum peccáta vestra, et oráte pro ínicem, ut salvémini: multum enim valet deprecátio justí assídua. Elías homo erat símilis nobis passíbilis: et oratióne orávit, ut non plúeret super terram, et non pluit annos tres et menses sex. Et rursum orávit: et cælum dedit plúviam, et terra dedit fructum suum.

GRADUAL Ps. 36: 30-31

Os justí meditábitur sapiéntiam, et lingua ejus loquétur júdícium. V. Lex Dei ejus in corde ipsíus: et non supplantabúntur gressus ejus.

LESSER ALLELUIA

Allelúia, allelúia. V. (Ps. 111: 1) Beátus vir, qui timet Dóminum: in mandátis ejus cupit nimis. Allelúia.

GOSPEL John 15: 1-7

In illo témpore: Dixit Jesus discíplis suis: Ego sum vitis vera: et Pater meus agrícola est. Omnem pálmitem in me non feréntem fructum, tollet eum: et omnem, qui fert fructum, purgábit eum, ut fructum plus áfferat. Jam vos mundi estis propter sermónem, quem locútus sum vobis. Manéte in me: et ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum a semetípso, nisi mánserit in vite: sic nec vos, nisi in me manséritis. Ego sum vitis, vos pálmities: qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potéstis fácere. Si quis in me non mánserit, mittétur foras sicut palmes, et aréscet, et cólligent eum, et in ignem mittent, et ardet. Si manséritis in me, et verba mea in vobis mánserint: quodcúmque voluérítis, petétis, et fiet vobis.

OFFERTORY Ps. 20: 2-3

In virtúte tua, Dómine, lætábitur justus, et super salutáre tuum exsultábit veheménter: desidérium ánimæ ejus tribuísti ei.

SECRET

Propitiáre, Dómine, supplicatióibus nostris, et has pópuli tui oblatiões benígnus assúme: ut, intercedénte beáto Isidóro Confessóre tuo, quod fidéliter pétimus, effícaciter consequámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

(Commemoration of Sts. Chrysanthus and Daria)

Pópuli tui, quæsumus, Dómine, tibi grata sit hóstia, quæ in natalítiis sanctórum Mátyrum tuórum Chrysánthi et Dáriæ sollémniter immolátur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION Matt. 19: 28-29

Amen dico vobis: quod vos, qui reliquístis ómnia, et secúti estis me, céntuplum accipiétis et vitam ætérnam possidébítis.

POSTCOMMUNION

Sit nobis, Dómine, reparátio mentis et córporis cæléste mystérium: et præsta; ut, cujus exséquimur cultum, intercedénte sancto Isidóro Confessóre tuo, sentiámus efféctum. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

(Commemoration of Sts. Chrysanthus and Daria)

Mýsticis, Dómine, repléti sumus votis et gáudiis: præsta, quæsumus; ut, intercessiões sanctórum Mátyrum tuórum Chrysánthi et Dáriæ, quæ temporáliter ágimus, spírituáliter consequámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

The just shall flourish like the palm tree: he shall grow up like the cedar of Libanus: planted in the house of the Lord, in the courts of the house of our God. (Ps. 91: 2) It is good to give praise to the Lord: and to sing to Thy Name, O Most High. V. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit. As it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. The just shall flourish like the palm tree: he shall grow up like the cedar of Libanus: planted in the house of the Lord, in the courts of the house of our God.

Hearken, O Lord, unto our supplications, which we present to Thee on the feast of blessed N. Thy Confessor: that we, who put not our trust in our own righteousness, may be aided by the prayers of him who was well-pleasing to Thee. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

May the prayers of Thy blessed martyrs, Chrynanthus and Daria, be with us, O Lord, that we may continually experience the loving assistance of those to whom we pay homage of veneration. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren: Be ye patient until the coming of the Lord. Behold the husbandman waiteth for the precious fruit of the ear: patiently bearing till ye receive the early and latter rain. Be ye therefore also patient and strengthen your heart: for the coming of the Lord is at hand. Behold we account him blessed who have endured. You have heard of the patience of Job, and you have seen the end of the Lord, that the Lord is merciful and compassionate. Confess your sins one to another, and pray for one another, that you may be saved. For the continual prayer of a just man availeth much. Elias was a man passible like unto us: and with prayer he prayed that it might not rain upon the earth, and it rained not for three years and six months: and he prayer again and the heaven gave rain, and the earth brought forth her fruit.

The mouth of the just shall meditate wisdom, and his tongue shall speak judgment. V. The law of his God is in his heart: and his steps shall not be supplanted.

Alleluia, alleluia. V. (Ps. 111: 1) Blessed is the man that feareth the Lord: he shall delight exceedingly in His commandments. Alleluia.

At that time, Jesus said to His disciples: I am the true Vine; and My Father is the husbandman. Every branch in Me, that beareth not fruit, He will take away: and every one that beareth fruit, He will purge it, that it may bring forth more fruit. Now you are clean by reason of the word, which I have spoken to you. Abide in Me, and I in you. As the branch cannot bear fruit of itself, unless it abide in the vine, so neither can you, unless you abide in Me. I am the Vine: you the branches: he that abideth in Me, and I in him, the same beareth much fruit: for without Me you can do nothing. If any one abide not in Me, he shall be cast forth as a branch, and shall wither, and they shall gather him up, and case him into the fire, and be burneth. If you abide in Me, and my words abide in you, you shall ask whatever you will, and it shall be done unto you.

In Thy strength, O Lord, the just man shall joy, and in Thy salvation he shall rejoice exceedingly: Thou hast given him his heart's desire.

Be propitious to our supplications, O Lord, and graciously accept these offerings of Thy people, that through the intercession of blessed Isidore, Thy Confessor, what we ask in faith we may effectually obtain. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

May the offering of Thy people, we beseech Thee, O Lord, be pleasing to Thee; which is solemnly sacrificed on the natal feast of Thy holy martyrs Chrysanthus and Daria. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Amen I say to you, that you, who have left all things and followed Me, shall receive a hundredfold, and shall possess life everlasting.

Let Thy heavenly mystery, O Lord, avail the restoration of mind and body: and grant that, by the intercession of Saint Isidore, Thy Confessor, we may feel the effect of the worship which we are performing. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

We have been filled, O Lord, with mystic desires and joys; grant, we beseech Thee, that, by the intercession of Thy holy martyrs, Chrysanthus and Daria, we may in spirit attain those things which in time we celebrate. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.